

Innocentius Episcopus Servus Servorum. Dei
 Archiepiscopo Gnezneni, et Suffraganeis suis
 Salutem et Apostolicam Benedictionem

Swantopolens Dux Pomeraniae Christi fideles Sibiriae, et Prutenos vexare desistat.

Pruscie negotium non solum laboribus plurimis
 et expensis, sed multa sanguinis innocentis ef-
 fusione promotum, Nobilis Vir Swantopolcus
 Dux Pomeraniae, sicut audivimus, et referimus
 cum dolore, ad illam inconvenientiam deli-
 duxisse dinoscitur, ut nisi super illo cito pro-
 videntia Dei provideat, perire finaliter ti-
 meatur, maxime cum idem Dux contra
 dilectos filios fratres hospitalis sancte Ma-
 rie Theutonicorum, et alios christifideles in
 terras Calmensi, et ipsius Pruscie partibus
 constitutos, non solum suam virium experia,

4481 .01
tur extrema, sed etiam ad illorum exterminium Letoynos adu^(sic)ccet, et Prutenos, qui licet per dictos fratres et fideles eodem, suffragante divina virtute subsidii multipliciter sint attentis, tamen sub huiusmodi persecutoris vexillo feralem animum resumens eo durius in familiam Dei deserviunt, quo ipsam de finibus illis posse confusam eicere, vel delere totaliter meditantur. Ne igitur hic hostis Dei, et fidei persecutor abutens christiani nominis dignitate, populum Domini sic impune conterere gloriatur, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsum, et complices eius infra quindecim dies post suspensionem presentium, quod a tanta periculis temeritate desistant, sicut efficaciter poterit.

ritis, moneatis. Alioquin ex tunc in eos excom-
 municationis sententiam, omni occasione post-
 posita, proferatis, quam singuli vestrum in
 suis civitatibus et dioecesibus singulis diebus do-
 micis, et festivis, pulsatis campanis, et candelis
 accensis, publicetis, ac publicari solempniter,
 et eodem tanquam excommunicatos, usque
 ad satisfactionem condignam, appellatione
 cessante, faciatis ab omnibus artius vitari.
 Ceterum si prefatus Dux, qui pro multae impietatis
 excessibus, sicut dicitur, excommunicatione
 ligatus iam per octo annos claves contem-
 psit Ecclesie, ad inductionem vestram a predi-
 ctorum fratrum, et fidelium persecutione
 non duxerit desistendum, vos contra ipsum, velut
 christiani hostem exercitus, seculare bra-
 chium invocetis. Datum Lugduni Kal,

lendis februarii, Anno Secundo.

Descriptum et recognitum ex autographo Regesto Literarum
aplicarum f. Innocentii PP. IV. an. II. ep. 288., quod
adservatur in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum fidem
Dabam & VI. Kalendas Junii MDCCCXXXVII.



M. Marini
Tabulariorum S. R. E. Prefectus